

Erit enim [& ante novissimum diem]
tribulatio magna, qualis non fuit ab ini-
tio mundi, &c. ut Christus seipsum
 explicat. *V S V S.*

Lucæ 21,

Ex prædictione hujus tristissimi tem-
 poris, apparet: Christum singulari amo-
 re nos complecti, tela enim prævisa mi-
 nus feriunt.

III. Notetur idem consilium, quod
 Christus Judæis dedit.

1. Fugiendum & nobis, nempe ex
 Apo: 18. Babylone Spirituali.

2. Non nimium adhærendum rebus
 mundanis. Mundus enim perit cum vo-
 luptatibus suis, Orandum est ardentem,
 1. Joh: 2. *Joelis 2. V S V S.*

Hoc facit ad adhortationem.

IV. Dehortatio CHRISTI notetur:
Nolite credere: Item, si ergo dixerint vo-
bis, &c. V S V S.

Non judicandū est de doctrina ex mi-
 raculis, sed è contrario judicandum de
 miraculis ex doctrinâ.

Deut: 13

V. Notetur modus adventûs Christi:
Sicut enim fulgur, &c. V S V S.

Hoc facit ad vitandum securitatem,
 veniet enim dies domini sicut fur in
 nocte. 1. Thes: 5. DO.